



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 2. Anamani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

GIEN- } res; iuxta urbem Sylua celebratur; item & lana quæ
 N I. } Varroni & Columellæ dicitur Pollentina.

PADI Fontes de quibus suprâ cap. 2. §. 4. num. 2.

STATIELI, } AQUE STATIELÆ, seu Aquæ Statiolorum, cuius
 & STATE- } oppidani Aqueses Plinio: *Acqui*.
 LATES. } ALBA POMPEIA, nobile municipium, cuius in-
 Meminit Li- } Asta ad Tanari, Urbisque fluminum confluentes;
 uius lib. 42. } Colo. Ro. Ptolemæo; eius crebra mentio in
 Campi State } Scriptoribus mediæ ætatis: *Aste*.
 latis vbi Li- } Tanarus Fl. parum nobilis, ad quem tamen, ut ait
 gures à Ro. } Ælianus, peculiare piscandi modos exercent
 deuicti sunt. } incolæ; hodie *Tanaro*, & *Tanero*.
 } Vrbs Fl. *Orba*.

VE- } VELIA, vnde dicti populi, sita erat ad Fl. Varusam ho-
 } die *Versa*, aut ad Tidonem *Tidone*; melius situs eius
 } ignoratur.

LIA- } DERTONA Colonia, Straboni Darthona: *Tortona*; inco-
 } læ Dertonenses, dicta & Iulia Dertona, celeberrima
 } in inscriptionibus.

TES, } Clastidium: hodie *Chiasoggio*; clara in Historiâ Roma-
 } nâ in bellis à Scipione & Marcello gestis.

cogno- } Bodincomagus, vbi postea nobile oppidum conditum
 mine } est *Casal S. Vas*. Dicebatur à Romanis *Industria*, à Li-
 } guribus *Bodincomagus*, ait Plinius.

VE- } Libarnum, Libarna Plin. & Ptol. rudera eius visuntur
 } circa Arcuatam *Arqua*.

CHE- } Iria: *Voghiera*, hoc est vicus Iriæ ad Fl. Iriam qui hodie
 } *Staffa*, seu *Staffora* dicitur.

LII. } Comiliomagus & Comeliomagus, fortè & Camilloma-
 } gus, hodie *Brone*, aut locus alius vbi ponte iunctus
 } est Padus.

NVM. 2. } *Anamani*, hodie le Duché de Plaisance, la Principauté
 } de Landi, l'Etat Palauicin, & quelque peu du Parmesan.

VR- } PLACENTIA: *Piacenza*, Gallis *Plaisance*, ad quam de-
 } ducta Colo. sub initium belli 2. Punico, dicitur tamen
 } à Cicerone Municipium, quod frustra *Afconium plu-*

- B E S } rimum torquet. Nobile habebat Amphitheatrum quod bello inter Cecinnam, & Spurinam deflagrauit, distabatque vrbs M D. passibus à Pado.
- ANA- } Emporium Placentinorum ad Padum, quod Annibal frustra obsedit, immo & hîc accepit vulnus, *vbi fuerit ignoratur.*
- MA- } Florentia, seu Florentiola, *Firenzuola.*
- NO- } FIDENTIA, seu FIDENTIOLA: *Borgo di San-Donnino*, dicta quoque & Iulia Fidentia, & Iulia Chryso polis in vitâ S. Donnini, sed ponitur in viâ Claudiâ: vtrum autem hæc pars Æmiliæ viæ sit dicta Claudia, non audet statuere Cluuerius.
- RVM. } FOSSA ÆMILIA: cuius meminit Strabo lib. 5. producta à Placentiâ Parmam vsque, ducta an. V. C. 638. annis 72. à stratâ viâ Æmiliâ per M. Æmilium Lepidum inter Placentiam & Ariminum; hæc autem fossa ducta est à M. Æmilio Scauro, ob campos aquâ nimium dilutos per Fl. Trebiam, cui malo hac fossâ prouidit.
- FLV- } TREBIA: clade Romanâ inelytus, Plinio cognomine Placentinus: hodie *Trebbia.*
- VII } HADRIA: *Larcha*, vt indigenæ putant.
- ANA- } Sesterio in vita S. Donnini ad Fidentiam urbem: hodie
- MA- } *Stirone, & Sestro, & Sestrone.*
- NO- } Tarus: *Taro, & Tarro.*
- RVM. }

NVM. 3. *Boj*, hodie la plus grande part du Duché de Parme, les Duchez de Reggio, & de Modene, l'Estat de Corregio, &c. partie du Mantouian deçà le Pô, la Frignane, partie du Bolognese, Duché de Mirandole, partie du Ferrarois.

- V } PARMA: *Parme*, incolæ Parmenses Plinio, Stephano Par-
- R } mani; in viâ Flaminiâ facta Colonia V. C. an. 569. repara-
- B } ta ab Augusto, & dicta Colonia Iulia Augusta Parma.
- E } Tannetum: *Taneto*, seu *Tanedo*, Liuius corruptè Cannetum,
- S } vnde malè ab indoctis collocatur trans Padum vbi nunc est *Canneto*, non procul à Pado: dicitur clarus locus pietate C. Seruilij Consulis, de quâ vide Liuium.